

vocaberis: \* præbis enim ante faciem Domini parare vias eius:  
Ad dandam scientiam salutis plebi ejus, \* in remissionem peccatorum eorum:

Per viscera misericordiae Dei nostri: \* in quibus visitavit nos, oriens ex alto:

Illuminare his, qui in tenebris, & in umbra mortis sedent: \* ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Gloria Patri, & Filio.

**Antiphona.** In viam pacis & prosperitatis dirigat nos omnipotens & misericors Dominus: & Angelus Raphael comitetur nobiscum in via, ut cum pace, salute, & gaudio revertamur ad propria. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. **Secreto.** *Ps.* Et ne nos inducas in tentationem.

**R.** Sed libera nos a malo. *Ps.* Salvos fac servos tuos. **R.** Deus meus sperantes in te. *Ps.* Mitte nobis Domine auxilium de sancto. **R.** Et de Sion tuere nos. *Ps.* Esto nobis Domine turris fortitudinis. **RA** facie inimici.

*Ps.* Nihil proficiat inimicus in nobis. **R.** Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis. *Ps.* Benedictus Dominus die quotidie. **R.** Prosperum iter faciat nobis Deus salutarium nostrorum. *Ps.* Vias tuas Domine demonstra nobis. **R.** Et semitas tuas edoce nos. *Ps.* Utinam dirigantur viæ nostræ. *Ps.* Ad custodiendâ justificationem tuas. *Ps.* Erunt prava in directa. **R.** Et aspera in vias planas. *Ps.* Angelis suis Deus mandavit de te. **R. Ut custodiant te in omnibus viis tuis. *Ps.* Domine exaudi orationem meam. **R. Et clamor meus ad te veniat. *Ps.* Dominus vobiscum. **R. Et cum spiritu tuo.******

Orémus.

**D**eus, qui filios Israël per mare médium siccò vestigio ire fecisti, quique tribus Magis iter ad te, stella duce pandisti: tribue nobis quæsumus iter prosperum, tempusque tranquillum: ut, Angelo tuo sancto comite, ad eum quo pergitimus locum, ac demum ad æternæ salutis portum pervenire feliciter valeamus.

**D**eus, qui Abraham puerum tuum de Ur Chaldæorum eductum, per omnes suæ peregrinationis vias illæsum custodisti: quæsumus, ut nos famulos tuos custodire digneris: esto nobis Domine in prociectu suffragium, in via solatium, in æstu umbraculum, in pluvia & frigore tegumentum, in lassitudine vehiculum, in adversitate presidium, in lubrico bæculus, in naufragio portus: ut te duce, quò tendimus, prospere perveniamus, & demum incolumes ad propria redeamus.

**A**desto, quæsumus Domine, supplicationibus nostris: & viam famulorum tuorum in salutis tue prosperitate dispone: ut inter omnes viæ & vitæ hujus varietates tuo semper protegamur auxilio.

**P**æsta, quæsumus omnipotens Deus: ut familia tua per viam salutis incédât, & beati Joannis Præcursoris hortamenta sectando, ad eum quem prædixit, secunda perveniat, Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. **R.** Amen.

*Ps.* Procedamus in pace.  
**R.** In nomine Domini. Amen.

Oratio.

**O**ratio.

**O**ratio.

**O**ratio.

**O**ratio.

**O**ratio.

**O**ratio.

**O**ratio.

**O**ratio.

**O**ratio.

**O**ratio.

**O**ratio.

**O**ratio.

**O**ratio.

**O**ratio.

**O**ratio.

**O**ratio.

**O**ratio.

**O**ratio.

**O**ratio.

**O**ratio.

**O**ratio.

**O**ratio.

**O**ratio.

**O**ratio.

**O**ratio.

**O**ratio.

**O**ratio.

**O**ratio.

**O**ratio.

**O**ratio.

**O**ratio.

**O**ratio.

**O**ratio.

**O**ratio.

**O**ratio.

**O**ratio.

**O**ratio.

**O**ratio.

**O**ratio.

**O**ratio.

**O**ratio.

**O**ratio.

**O**ratio.

**O**ratio.

**O**ratio.

**O**ratio.

## TYPOGRAPHUS LECTORI.

**C**um subsequencia Officia, à Summis Pontificibus ordinata, Ecclesiam universalem non obligent, utpote in certis quibusdam Regnis & Provinciis, ex indulto eorumdem recitanda; hic in fine, extra aliorum ordinem, pro majori recitantium commoditate, eadem addenda putavi.

Sed pro Hispanorum præcipue commoditate ea, quæ in Hispania generaliter recitantur, in proprio Festorum Hispanorum ponentur juxta Ordinem & Ritum quo celebrantur.

DIE XXIII. JANUARI.

In Festo Desponsationis B. Virginis  
Mariæ cum S. Joseph.

Duplex major.

Pro omnibus Provinciis hæreditariis & patrimonialibus Augustissimi Romanorum Imperatori subjectis.

Omnia ut in Proprio Festorum Hispanorum die xxvj. Novembris, præter ea, quæ hic sunt propria.

Ad Vesp. Pro Commemoratione Ss. Vincentii & Anastasii Martyrum, Antiphona. Gaudent in cælis. *Ps.* Exultabunt Sancti. ut in Comuni. lviij.

Oratio. Adesto. 643.

Pro S. Emerentiana Virgine & Martyre. Antiphona. Veni sponsa Christi. *Ps.* Spécie tuâ & pulchritudine tua. **R.** Intènde, prospere procedè, & regna.

Oratio. Indulgentiam. 644.

In Laudibus fit Commemoratio S. Emerentianæ Virginis & Martyris. Antiphona. Simile est. *Ps.* Dif fusa est.

Oratio. Indulgentiam. ut supra. 646.

In secundis Vesperis, pro Commemoratione S. Timothei Episcopi & Martyris. Antiphona. Iste Sanctus. *Ps.* Gloria & honore.

Oratio. Infirmitatem. 646.

Pars Hyemalis.

DIE XI. FEBRUARII.

In Festo BB. septem Fundatorum  
Ordinis Servorum B. M. V.

Duplex.

Pro Regnis & Provinciis subjectis Dominio Serenissimæ Ducis Austriacæ.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, præter sequentia.

Capitulum. *Heb.* 13. b.

**F**ratres, Mementôte Præpositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei, quorum inquitentes exitum conversationis, imitâmini fidem.

Hymnus.

**J**am nimis terris facinus per omne  
Noxa negabat sine lege aberrans,

Inque peccantes sùperi tonabant

Vindice dextrâ:

Quando lugèndis miserâta fatis

Virgo septenos Præceores corsucos

Sanguine, & claros pietatè multa

Cælitus accit.

Accit afflictiis pòpulis piandis

A tot ærimis, maculis, ruinis;

Accit, & semper sibi servituros

Strènuo amòre.

Veste lùgubri induit, ut dolores

Dèheant ejus, magè dum ferali

In trabe infanda perit cruentè

Diva Propàgo.

Filios rursus vocitavit omnes,

Ut velut Matrem studiòse amantem

Rrr

Crè

Créderent ipsam, pária, & ré-  
ferrent

Pignora amoris:

Tunc quis exussit charitatis ignis  
Pectus ipsórum! Date, queso,  
Patres

Filios vestros páribus beátis  
Ignibus uri.

Tu Pater præsta, tribue & Re-  
demptor,

Tuque da nobis Paraclete summe  
Virginem Matrem colere, ac  
amare.

Flere, & in ævum. Amen.

Orate pro nobis septem beati  
Patres. **R.** Ut digni efficiámur pro-  
missionibus Christi.

Ad Magnificat, Antiphona.

Isti sunt viri misericordiæ, quorum  
pietates non defuerunt. Semen eó-  
rum, & glória eórum non dere-  
linquetur.

Oratio.

Domine Jesu Christe, qui in  
jugem memoriám dolorum  
Sanctissimæ Genitricis per septem  
beatos Patres nová Servórum ejus  
família Ecclesiám tuam fecundás-  
ti: concede nobis famulus tuis in  
hac lacrymarum valle degentibus;  
ita ejusdem mestissimæ Matris so-  
cios cum ipsis esse passionum in  
terris, ut perpétue consolatiónis  
consórtes fieri mereámur in collis.  
Qui vivis & regnas, &c.

Deinde fit Commemoratio Sanc-  
tæ Scholasticæ virginis.

Ad Matutinum, Inyitatorium.  
Mirabilem Dóminum in servis Dei-  
pare, \* Venite, adoremus. **Psal-**  
**mus.** Venite, exultémus. 1.

Hymnus.

Ræclára septem lúmina  
Tusci micantis Ætheris  
Vos Virgo Mater excitat,  
Ut luce mundus splendeat,  
Vos labra lacte périta  
Servos Mariæ nómiant;

Tum Virgo vos Senários

Adire colles imperat.

Vos ipsa Mater inclyta

Fúnebre pállio induit,

Ut defleátis vúlnera,

Quæ pértulit sævissima.

Hoc ipsa cœli è cúlmine

Petro revelat Mátyri,

Jubéque cœtum perpetem

Hinc posteris constitui,

Qui famulentur júgiter,

Ipsámque semper diligant,

Colant, propagent, prædicent

Ejus dolóres fébiles.

Quaso duces fortissimi,

Ah vos sequámur másculé;

Ardor, dolórque fervidus

In Virginem nos occupent.

Et tu supérna Trinitas

Perfúnde sancto robóre,

Vitamque fac non impárem

Nostris beátis dúcere. Amen.

In primo Nocturno, Antiphona.

In vertice móntium plantávit Re-  
gina Mátyrum vineam jústorum,

Qui dolóres ejus meditabántur dié

ac nocte. **Psalmus.** Beátus vir, cum

reliquis ut in Comuni Confesso-

ris non Pontificis, Ixxij. **Añs.** Dó-

mina dixit ad eos: Filii mei estis

vos: exultáte, quia ego vos genui.

**Psalmus.** Quare fremuerunt gen-

tes. **Añs.** Vocé suá ad Dómi-

nam clamaverunt, & exaudivit eos

de monte sancto suo. **Psalmus.** Dó-

mine quid. **Y.** Letámini in Dó-

mino & exultáte justi. **R.** Et gló-

riámini omnes recti corde.

Lectiões primi Nocturni. Lau-

démus viros. ut in Comuni Con-

fessoris Pontificis ij. loco, Ixvij.

**R.** i. Letabitur desérta & invia, &

exultábit solitúdo: \* Et florébit

quasi lílium. **Y.** Gérminas germi-

nábit, & exultábit letabúnda, &

laudans. Et florébit.

**R. ij.** Sáliet sicut cervus claudus, &

apérta erit lingua mutórum: \* Quia

scissæ sunt in deserto aque, & tor-  
réntes in solitúdo. **Y.** Incubilibus,  
in quibus prítis dracones habitábant,  
oriétur viror cálamí, & júnci. Quia  
scissæ.

**R. ij.** Hæc est vera fratérnitas, quæ  
regnum mundi, & omnem ornátum  
seculi contempsit, \* Propter amó-  
rem Dómini Jesu Christi. **Y.** Ecce  
quám bonum, & quám júcundum  
habitáre fratres in unum. Propter  
amórem. Glória Patri. Propter amó-  
rem.

In secundo Nocturno, Antiphona.

Non diligétes vanitátem, nec re-  
quirétes mendáciúm omnia secu-

li bona abdicavérunt, & à Dómi-

no mirificáti sunt. **Psalmus.** Cum in-  
vocárem, cum relicto, de Comm. ut sup.

**Añs.** In multítudine misericordiæ

Dóminæ suæ sperántes introiérunt

in domum ejus, & adoravérunt ad

templum sanctum ejus. **Psalmus.** Ver-  
ba mea. **Ana.** Ex ore infantium, &

lacténtium servos tuos illos dicéntium

perfectisti, Dómina, laudem eórum.

Quám admirábile est nomen tuum.

**Psalmus.** Dómine Dóminus nos-

ter. **Y.** Exultent justí in conspéc-

tu Dei. **R.** Et delecténtur in letitia.

Lectio iv.

Decimo tertio Christiani nóm-  
inis seculo inter alios Flo-  
rentinos Patrítios septem erant avó-  
rum sanguine, opibusque illústrés,  
at virtútibus spectáti suis longé  
illústrióres, tunc epáti, ut Reli-  
gióni nomen dædere, Bonifilius Mo-  
naldus, Bonajancta Manetti, Ma-  
netius Antellensis, Amicus de Ami-  
deis, Uguccio Ugucioniús, Soste-  
nús de Sostenis, demúm Aléxius  
de Falconeris. Cum hi trigésimo  
tertio suprà millésimum ac bis  
centésimum annum auspiciatissimo  
Assumptæ Virginis festo, in sala-  
lito quodam, cui ritulus Laudén-

tium erat, Augustissimæ Dei Ge-  
nitricis, prout par erat, laudes exól-  
verent, ab eadem dulcissima iis ap-  
parénte, inopine monéri se sentiunt  
ad sublimiórís vitæ genus, posthá-  
bito mundo, amplecténdum; abso-  
lutisque ideirco, quibus dabant ope-  
ram, laudibus, confestim pérciti in  
unum, collatisque iníitú consi-  
liis, supérnis Dei vocátis, vocan-  
tisque Deipara oraculis parére mox  
decreverunt. Quod, & sédulo fac-  
tum est ab iisdem, nam consúto  
statim matúre urbis Episcopo, post  
fortunæ abdicátis bonis, erogatis-  
que ample in egénos, cilectis carni  
obstrictis, vilioribus, detritisque  
véstibus cineréi coloris indúti, in  
rurálem parvam ecclésiám secessé-  
runt natalio die amantissimæ ipsó-  
rum Paréntis, ut vitæ sanctioris pri-  
mórdia óptime inirent, qua die mor-  
tálibus orta sacratissimam vitam ip-  
sa inchoaverat.

**R.** Omnes isti congregáti sunt, ve-  
nérent, Dómina, tibi: \* Et ómni-  
bus his vel ornámto vestieris.

**Y.** Et circúmdabis tibi eos quasi

Sponsa. Et ómnibus.

Lectio v.

Septem beati viri charitatis

sedere devincti eadem in domo

semet unierant; cum ecce per

urbem viros, statim Dómino sic

disponente, movénteque infántiles

voces Deipara ex infantium ore, ac

lacténtium, inter quos tum puer

erat Sanctus Philippus Benitius vix

quintum mensem ingressus, se Ma-

riæ clamári servos insperátó est au-

ditum. Quanta tunc, & exinde amó-

ris flamma in Dóminam suam, cu-

jus (ignáris ípsis) declaráti servi

erant, excitatis stúdiis exarserint,

non fácilé est explicátu. Illud so-

lúm scitur, quód sic ei se dedi-

dérunt, ut veluti Matrem suam ve-

nerári, máximóque honóre habére,

Rer 2

mo-

morem ei gerere in omnibus, & obtemperare propter eam cunctis summo perere studeant. Hinc etiam adeo jucundi, gratique ei fieri, ut cum vitaturi populi plausum in Senarium montem ab ipsa iis præstentium habitaturi tetendissent, ibique Crucifixum Jesum, mostissimamque Matrem dolentes assidue recolerent, apparuit illa eis, habituque lugubri assignato in memoriam dolorum suorum, ut compererentur istis, eos consecravit.

**R.** Vocabo servos meos, & induam illos tunicam meam, & cingulo meo confortabo eos. **V.** Et potestatem meam dabo in manibus eorum. **V.** Et erunt quasi Patres habitantibus Jerusalem. Et potestatem.

## Lectio vj.

**I**ta cinericiis vestibus, indulgente etiam Episcopo, in nigras mutatis, post nonnullos annos, fortunatis quidem auspiciis, clarissimum illum Prædicatorem Ordinis decus Sanctus Petrus Martyr Florantiam accessit, & audita, inspectaque simul non fucata sanctimoniam ipsorum, ita Dei amici se cooperent mutuo diligere, ut familiarissimè versarentur invicem secum, seseque alterè fovèrent. Inter cætera porro illud accidit, quod sperante in clyto Martyre honorem Deo non modicum, magnum terris commo- dum proditum iri, si propitia Virgine longè, latèque propagarentur, una cum ipsis impensè eam exorante, ut argumento aliquo voluntatem suam patefaceret, invocata Virgo amans in visione ei revelavit, se Viros illos septem, & qui venturi erant post eos, inter mundi homines omnes ad singularem servitium suum selegisse, & commiserandis penis jam latis suis, amarissimis construendum Ordinem esse ad sui honorem & gloriàm. Hoc

prodigioso Virgineo decreto animati humillimi Patres, non quia sua mentis fuisset successores pòsteros gignere, sed ut jussa reserata facerent supræmæ eorum Reginæ, quæ nomine suo duratiram sibi familiam fundari voluerat, instituire deinceps servorum ordinem decreverunt, non tam ut primi ejus fundatores, quam ut Cœlestis suæ Fundatricis Ministri obsequentes; quos profundè Dominus, ut servos bonos, & fideles suos, ac Matris, in vita multis virtutibus, in morte multis prodigijs, post transitum multis miraculis adornavit; novissimè verò Benedictus Decimus Tertius, ejus instituti Professor, cujus Sanctus Petrus erat, ejus quoque in eos heres amoris, Pontifex renuntiatus eorum miram institutionem, ut inclaresceret orbi, lectionibus his recenseri peramanter consuluit, ac mandavit.

**R.** Vidi conjunctos viros habentes lugubres vestes, & Angelus Domini locutus est ad me dicens: **V.** Isti sunt viri sancti facti amici Dei. **V.** Vidi Angelum Dei fortem volantem per medium cælum, voce magnâ clamantem & dicentem. Isti sunt. Glória Patri. Isti sunt.

**In tertio Nocturno, Antiphona.** Ingredientissime macula, & operantes justitiam habitaverunt in tabernaculo tuo. **Psalm.** Domine, quis habitabit, cum reliq. de Comm. **ut sup.** **Añs.** Gloriàm & magnum decorem imposuisti super eos Regina Martyrum, eam in memoriam dolorum tuorum lugubrem vestem eos induisti. **Psalmus.** Domine in virtute tua. **Añs.** Hæc fuit generatio quærentium Stellam ex Jacob. Te laudamus rex gloriæ. **Psalmus.** Domini est terra. **V.** Justi autem in perpetuum vivent.

vent. **R.** Et apud Dominum est merces eorum.

**Lectiones tertii Nocturni, Homilia super Evangelium Nolite timere, de eodem Communi secundo loco, lxxxij.**

**R. vi.** Dabitur lugentibus Sion corona pro cinere, cœlum gaudii pro spiritu mororis. **V.** Et vocabuntur fores justitiæ, plantatio Domini ad glorificandum. **V.** Sacerdotes Domini vocabuntur: Ministri Dei nostri. Et vocabuntur. **Benedict.** Quorum festum cœlimus.

**R. viii.** Ego quasi vitis vera fructificavi suavitatem odoris. **V.** Et flores mei fructus honoris, & honestatis. **V.** Ego Mater pulchra dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctæ spei. Et flores. Glória Patri. Et flores.

## AD LAUDES,

& per Horas, Antiphona.

**S**apientia edificavit sibi domum, excidit columnas septem. **Psalmus.** Dominus regnavit, cum reliq. de Dominica. **14. Añs.** Isti sunt viri septem boni testimonii, pleni Spiritu sancto, & sapientiâ. **Añs.** Apparuit eis Dômina Angelorum, & dilexit eos in visione, & in agnitione magnalium suorum. **Añs.** Beati viri tui, Regina omnium; beati servi tui, qui stant coram te semper. **Añs.** Laudem dicite Deo nostro omnes servi ejus, & qui timetis eum pusilli & magni.

**Capitulum.** Fratres, Mementôte. **ut supra.** clxxxix.

## Hymnus.

**I**nelyti Patres, Dominaeque mundi Impigri servi, famulatus iste Dicite, ob quali rutila coronâ Vos redimivit!

Noscis ad cælos subito evocatus Omnium principes cœlebris Monâde, Quem sibi ut charum Genitrix supræma

Duxit ad Ætheram.

Tuque die nobis Bonajuncta felix, Qui Dei finus memorans ad aram, Dum recensebas obuisse Jesum, Lætus obiisti.

Indica, & tu Sostenee, ac Ugocci, Ambo qui è terris simul emigrastis Angelos inter, revehente secum Virgine utrumque.

Te modo euncti resonent Manete, Qui velut cygnus cineri propinquos

Ocineis hymnos alacer Mariae Fata subiisti.

Sic, Amidée, & tibi gratulamur, Cujus ardorem morientis ignis Visus effervens apice in Senarii Belle aperivit.

Nunc tibi festis modulis, Alexii Plaudimus gnari propè vite agnemen, Virginitas natum tibi blandientem Sarta dedisse.

Sit decus Patri, parilique Proli, Flaminii & Sancto, tributanteque nobis

Æmulos horum fieri in colenda Virgine Diva. Amen.

**V.** Exultabunt Sancti in gloria.

**R.** Latrabunt in cubilibus suis.

**Ad Benedictus: Antiphona.**

Fecit misericordiam Dominum cum patribus nostris: erexit nobis cornu salutis in domo suæ Genitricis. Servitium illi.

**Oratio.** Domine Jesu Christe. **ut supra.** cxc.

**Ad Tertiam, Añs.** Isti sunt viri septem. **Capitulum.** Fratres, Mementôte. **ut supra.** clxxxix.

**R. br.** Latramini in Domino. **V.** Et exultate justi. Latramini. **V.** Et gloriâmini omnes recti corde. **Et exul-**

exultate. Glória Patri. Letámia.  
**V.** Exultent justi in conspectu Dei.  
**R.** Et delectentur in lætitia.

*Ad Sextam, Antiphona.*  
 Apparuit eis Dómina.

*Capitulum. Ecli 44.*  
**O** mnes isti in generatiónibus gentis suæ glóriam adepti sunt, & in dñibus suis habentur in laudibus.  
**R. br.** Exultent justi in conspectu Dei. Exultent. **V.** Et delectentur in lætitia. In conspectu. Glória Patri. Exultent. **V.** Justi autem in perpétuum vivent. **R.** Et apud Dóminum est merces eorum.

*Ad Nonam, Antiphona.*  
 Laudem dicite Deo.

*Capitulum. Ecli 44.*  
**F** illi eorum propter illos usque in ætérnum manent. Semen eorum, & glória eorum non derelinquétur.

**R. br.** Justi autem in perpétuum vivent. Justi. **V.** Et apud Dóminum est merces eorum. In perpétuum. Glória Patri. Justi. **V.** Exultabunt Sancti in glória. **R.** Letabuntur in cubilibus suis.

*Ad Vesperas, Aña.* Sapientia, cum reliquis de Laudibus Psalmi de Dominica, & loco ultimi, Psalms Laudate Dóminum omnes gentes. 104.

*Capitulum, Hymnus, & V. ut in primis Vesperis.*

*Ad Magnificat, Antiphona.*  
 O magnum charitátis opus! Regna generis humani primis nostris Patribus mirè apparens, e mundo eos evocare, singulariter sibi seligere, lugubrem vestem induere, unaque cum pósteris in peculiáris Servos, ac filios consecrare dignata est. Te Mater dulcissima, & Dómina, laudamus, benedicimus, glorificamus.

*Oratio.* Dómine Jesu Christe, ut supra. cxc.

DIE V. MAII.

*Vel alia die.*

*Festum Coronæ Domini*  
 Duplex Majus.

AD VESPERAS,  
 Antiphona.

Milites Præsidis, cum reliquis de Laudibus. Psalms. Dixit Dóminus, 100. cum reliquis de Dominica, & loco ultimi, Psalms Laudate Dóminum omnes Gentes, 104.

*Capitulum. Cant. 3. d.*  
**E** gredimini, & videte filia Sion regem Salomómem in diadema te, quo coronávit illum mater sua in die dispensatiónis illius, & in die lætitiæ cordis ejus.

*In utrisque Vesperis.*  
 Hymnus.

**L** auda fidélis concio  
 Spinae trophæum inclytum,  
 Per quam perit perditio,  
 Vitæque datur méritum.

Nos à puncturis liberat  
 Ætérni Patris Filius,  
 Dum spinis pungi tólerat  
 Spinarum culpæ nescius.

Cum spinarum aculeum  
 Christus pro nobis pètulit,  
 Per diadema spineum  
 Vitæ coronam contulit.

Plaudat turba fidélium,  
 Quod per spinæ ludibrium  
 Purgat Créator ómnium  
 Spinèti nostri vitium.

Ut sis perénne méntibus  
 Paschale Jesu gaudium,  
 A morte dira criminum  
 Vitæ renatus libera.

Deo Patri sit glória,  
 Et Filio, qui à mórtuis  
 Surrexit, ac Paráclito,  
 In sempitérna sæcula.

Amen.

**V.** Tuam Coronam adoramus Dómine, allelúia.  
**R.** Tuum glóriosum recólimus triúmphum, allelúia.

Ad

*Ad Magnificat, Antiphona.*

Apprehéndit Pilátus Jesum, & flagellávit: & milites plecténtes Coronam de spinis, imposuerunt cápiti ejus, & veste purpúrea circumdederunt eum, allelúia, allelúia.

*Oratio.*  
**P** ræsta, quæsumus omnipotens Deus: ut qui in memóriam passiónis Dómini nostri Jesu Christi, Coronam ejus spineam venerámur in terris; ab ipso glória & honore coronári mereámur in cælis. Qui tecum vivit, &c.

*Ad Matutinum, Invitatorium.*  
 Christum Regem pro nobis spinis coronátum: Venite, adoremus, allelúia. Psalms. Venite, exultemus. 1. Hymnus. Lauda fidélis concio, ut supra in Vesperis.

*In primo Nocturno.*  
**Aña.** Maledicta terra in ópere tuo, spinas & tribulos germinabit tibi, allelúia.

**Psalmi.** Beátus vir. Quare fremuerunt Dómine quid multiplicáti. 1xxij.

*Antiphona.* Maledicta terra in ópere tuo; spinas & tribulos germinabit tibi, allelúia. **V.** Tuam Coronam adoramus Dómine, allelúia. **R.** Tuum glóriosum recólimus triúmphum, allelúia.

*De Isaia Prophéta.*  
 Lectio j. Cap. 53.

**Q** uis crédidit auditui nostro? & bráchium Dómini cui revelátum est? Et ascendet sicut virgílitum coram eo, & sicut radix de terra sitiénti: non est spécies ei, neque decor: & vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderávimus eum: despectum, & novissimum virórum, virum dolórum, & sciéntem infirmitatem: & quasi absconditus vultus ejus & despectus, undè nec deputávimus eum.

**R.** Ecce vidimus eum non habén-

tem spéciem, neque decórem: aspectus ejus in eo non est: hic peccata nostra portávit, & pro nobis dolet: ipse autem vulnerátus est propter iniquitátes nostras: Cujus livóre sanári sumus, allelúia. **V.** Verè languóres nostros ipse tulit, & dolóres nostros ipse portávit. Cujus livóre.

*Lectio ij.*  
**V** erè languóres nostros ipse tulit, & dolóres nostros ipse portávit: & nos putávimus eum quasi leprósum, & percússum à Deo & humiliátum. Ipse autem vulnerátus est propter iniquitátes nostras, attritus est propter scélera nostra: disciplina pacis nostra super eum, & livóre ejus sanári sumus. Omnes nos quasi oves errávimus, unusquisque in viam suam declinávit: & póssuit Dóminus in eo iniquitátem ómnium nostrum.

**R.** Quid sunt plagæ istæ in médio mánuum tuarum? **V.** Et dicit: His plagátus sum in domo eorum, qui diligebant me, allelúia. **V.** Fræma suscitáre super pastórem meum, & super virum cohárentem mihi. Et dicit.

*De Zacharia Prophéta.*  
 Cap. 12. & 13.

*Lectio iij.*  
**E** T erit in die illa: quem contere re omnes Gentes, que veniunt contra Jerusalem. Et effundam super domum David, & super habitatóres Jerusalem spiritum grátie, & precum: & aspiciet ad me, quem confixerunt: & plangent eum placenti quasi super unigenitum, & dolébunt super eum, ut doléri solet in morte primogéniti. In die illa magnus erit placentus in Jerusalem. Et dicitur ei: Quid sunt plagæ istæ in médio mánuum tuarum? Et dicit: His plagátus sum in domo eorum, qui diligebant me. Fræma

Rrr 4 sus-

suscitare super pastorem meum, & super virum coherentem mihi, dicit Dominus exercituum: pœreute pastorem, & dispergentur oves: & convertam manum meam ad parvulos.

**R.** Tuam Coronam spineam veneramur Domine, tuam gloriosam recolumus passionem: Misereere nobis, qui passus es pro nobis, alleluia. **V.** Salva presentem catervam in tuis hodiè laudibus congregatam. Misereere. Gloria Patri. Misereere.

In secundo Nocturno.

**Añ.** Pro frumento ortus est mihi tribulus, & pro hórdeo spina, alleluia.

**Psalmi.** Cum invocarem. Verba mea. Domine Dominus noster, lxxv.

**Añ.** Pro frumento ortus est mihi tribulus, & pro hórdeo spina, alleluia. **V.** Glória & honore coronasti eum Domine, alleluia. **R.** Et constituisti eum super ópera manuum tuarum, alleluia.

Ex Tractatu Sancti Athanasii de Passiõne Domini.

Lectio iv.

Tom. 3.

**C**um exeretur Dominus, eo ipso invisibiliter erigebatur de diabolo trophæum, & quo illud manifestum fieret, narratur a Joanne, indutum fuisse purpura, à Matthæo verò & Marco chlamyde cocinea, Coronamque illi ex spinis super caput esse positam, & calamum in manus datum; & ita eum eum produxissent, génibus flexis adorasse. Miraculum novum & incredibile, & magnæ sine dubio victoriæ insigne! quem enim ut hominem condemnaverant, eum mortuum deinde ut Deum adoraverunt, & quem asperrantur ut vilem & contemptibilem, eum confitebantur Regem: cui tunicam & vestem detraxerant, eum purpura circumdederunt: & quem ignorantes contu-

mélis afficiébant, eum Prophétam etiam nolentes appellaverunt: & quem per ludibrium subsannationemque pulsábant, ei triumphalia addiderunt ornamenta, cocineam chlamydem, & Coronam spineam, & calamum. Nam tametsi ea quasi per contuméliam agebant, effliciebatur tamen inde, ut ab eo latenter spollaréntur.

**R.** Coronã aureã super caput ejus, Expressã signõ sanctitatis, gloriã honoris, & opus fortitudinis, alleluia. **V.** Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. Expressã signõ.

Sermo Sancti Ambrosii Episcopi. Sermo 72. qui est 19. de S. Cypriano.

Lectio v.

**V**ideamur diligenter, ne ex palmitibus óperis nostri non nascatur dulcedinis uva, sed fellis; ne dicatur nobis, quod Judæis dictum est per Prophétam: Sustinui ut faceret uvam, fecit autem spinas; & non justitiam, sed elamorem. Quam dura conditio, ut possessio que Domino suo suavitatis fructus afferre debuit, spinarum illum asperitatis compunxerit! hoc est, cum Judæi Salvatorem debuerint totã fidei devotione suscipere, spinarum eum coronaverunt passione. Que Coronã quidem, quantum in Judæis est, erat injuriarum contumelia; quantum in Domino, erat Coronã virtutum. Compungunt ergo Judæi Dominum, dum coronant: compungunt, dum crucifigunt. Unde ait Scriptura sancta: Videbunt in quem compunxerunt.

**R.** Omnes amici mei dereliquerunt me, & prævaluerunt insidiantes, mihi, tradidit me quem diligebam: **V.** Et terribilibus oculis plagã crudeli percutientes, subsannabant mihi, alleluia. **V.** Inter iniquos pro-

je-

jecerunt me, & non pepercerunt animi meæ. Et terribilibus.

Lectio vj.

**I**gitur fratres, videte ne & nobis dicatur: Sustinui ut faceret uvam, fecit autem spinas: hoc est, ne spinas, quas Domino Judæi eruentis imposuerunt manibus, nos intus sensibus apponamus, & compungamus eum non asperitate scelerum, sed operum pravitate. Sunt enim spinæ cordis, que verbum Dei etiam vulnerare consueverunt, de quibus meminit in Evangelio Salvator, dicens: Seminantis semen cecidisse inter spinas, crevisse eas, ac suffocasse quod satum est. Ergo fratres, videte ne vinea vestra non uvas, sed spinas faciat: ne vindemia vestra non vinum afferat, sed acetum. Quisquis enim vindemiam legit, & pauperibus non largitur; ille acetum colligit, non vinum. Quisquis messes recondit, & indigentibus non ministrat; iste non alimonie fructus reposuit, sed tribulorum avaritiã congregavit. Nam propterea ait Scriptura de terra nostra: Spinæ & tribulos germinabit tibi.

**R.** Vineã meã electã, ego te plantavi: Quomodo conversã es in amaritudinem, ut nãe spinis coronães? alleluia. **V.** Sepivi te, & lapides elegi ex te, ædificavi turrim. Quomodo. Glória Patri. Quomodo.

In tertio Nocturno.

**Añ.** Gravata est super me manus tua: conversus sum in ærumna mea, dum configitur spina, alleluia.

**Psalmi.** Cantate. Dominus regnavit. Cantate. cxj.

**Añ.** Gravata est super me manus tua: conversus sum in ærumna mea, dum configitur spina, alleluia. **V.** Eris coronã gloriã in manu Domini, alleluia. **R.** Et diadema regni in manu Dei tui, alleluia.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vij.

Cap. 19.

**I**n illo tempore: Apprehendit Pilatus Jesum, & flagellavit. Et milites plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti ejus: Et reliqua.

Homilia Sancti Augustini Episcopi.

Tractatus 116. in Joannem.

**H**oc Pilatus non ob aliud fecisse eredendus est, nisi ut ejus injurijs Judæi satiati, sufficeret sibi existimare, & usque ad ejus mortem aevire desiderarent. Ad hoc pertinet quod idem præses cohortem suam etiam permisit facere que sequuntur, aut fortassis & jussit, quamvis hoc Evangelista tacerit; dixit enim quid deinde fecerint milites, Pilatum tamen id jussisse non dixit.

**R.** Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia ejus: Qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus, alleluia. **V.** Qui cum malediceretur, non maledicbat: cum pateretur non comminabatur. Qui peccatum.

Lectio viij.

**E**t milites, inquit, plectentes Coronam de spinis imposuerunt capiti ejus, & veste purpurea circumdederunt eum, & veniebant ad eum, & dicebant: Ave Rex Judæorum; & dabant ei alapas. Sic implebantur que de se prædixerat Christus: sic Martyres infirmabantur ad omnia, que persecutori libuisse facere, perferenda: sic pauperes; occulata tremenda potentia, commendabatur prius imitanda patientia: sic regnum; quod de hoc mundo non erat, superbum mundo non arociatate pungendi, sed patientiã humilitate vincēbat: sic illud granum multiplicandum semi-

na-

nabatur horribili contumelia, ut mirabili pullularet in gloria.

**M**ilites præsidis suscipientes Jesum in prætorium, congregaverunt ad eum universam cohortem; & exuentes eum chlamydem coccineam circumdederunt ei. **Plectentes** Coronam de spinis, posuerunt super caput ejus, alleluia.

**Capitulum.** *Cant. 3. d.*  
**E**gredimini, & videte filia Sion regem Salomonem in diadema te, quo coronavit illum mater sua in die desponsationis illius, & in die lætitiæ cordis ejus.

**Lectio ix.**  
**E**xiit ergo Jesus, portans Coronam spineam, & purpureum vestimentum, & dicit eis Pilatus: Ecce Homo. Hic apparet, non ignorante Pilato hæc à militibus facta, sive jusserit ea, sive permiserit, illa scilicet causa, quam supra diximus, ut hæc ejus ludibria inimici libentissime biberent, & ulterius sanguinem non sitrent. Egrèditur ad eos Jesus portans spineam Coronam & purpureum vestimentum, non clarus imperio, sed plenus opprobrio, & dicit eis: Ecce Homo. Si Regi invidetis, jam parcite, quia dejectum videtis. Flagellatus est, spinis coronatus, ludibriosa veste amictus est, amarum convitiis illusus est, à lapis cæsus est: fervet ignominia, frigescit invidia; sed non frigescit, inardescit potius, & increscit.

Te Deum laudamus. 12.

AD LAUDES.

& per Horas, Antiphona.

**M**ilites præsidis suscipientes Jesum in prætorium, congregaverunt ad eum universam cohortem, alleluia. **Psalmus.** Dominus regnavit, *cum reliq. de Dominica.* 14. **Antiphona.** Et exuentes eum, chlamydem coccineam circumdederunt ei, alleluia.

**Antiphona.** Et plectentes Coronam de spinis posuerunt super

caput ejus, & arundinem in dextera ejus, alleluia. **Antiphona.** Et genuflexo ante eum illudabant ei, dicentes: Ave Rex Judæorum, alleluia. **Antiphona.** Et expuente in eum acceperunt arundinem, & percutiebant caput ejus, alleluia.

**Capitulum.** *Cant. 3. d.*  
**E**gredimini, & videte filia Sion regem Salomonem in diadema te, quo coronavit illum mater sua in die desponsationis illius, & in die lætitiæ cordis ejus.

**Hymnus.**  
**T**ernæ Regi gloriæ  
Devota lauda canticæ  
Fidèles solvant hodie  
Pro Coróna Domínica.  
Corónat Regem omnium  
Coróna contuméliæ:  
Cujus nobis opprobrium  
Corónam cónfert glóriæ.

De Spinarum aculeis  
Christo Coróna plectitur:  
Qua ministris tartareis  
Mundi potestas tollitur.  
Coróna Christi capitis  
Sacro profusa sanguine,  
Pænis salutis debitis,  
Reos purgat à crimine.  
Ut sis perenne méntibus  
Paschale Jesu gaudium,  
A morte dira criminum  
Vite renatos libera.

Deo Patri sit glória,  
Et Filio, qui à mortuis  
Surrexit, ac Paráclito,  
In sempiterna sæcula. Amen.

**V.** Dominus regnavit, decorem induit, alleluia. **R.** Induit Dominus fortitudinem, & præcinxit se virtute, alleluia.

**Ad Benedictus, Antiphona.**  
Milites induunt Jesum purpuram, & imponunt ei plectentes spineam Coronam, & caperunt salutarem eum: Ave Rex Judæorum, alleluia.

**Oratio.**

**P**ræsta, quæsumus omnipotens Deus: ut qui in memoriâ passionis Domini nostri Jesu Christi, Coronam ejus spineam veneramur in terris; ab ipso gloriâ & honore coronari mereamur in cælis. Qui tecum vivit, &c.

**Ad Tertiam, Antiphona.** Et exuentes eum. **Capitulum.** Egrèdimini, ut supra, 17.

**R.** Tuam Coronam adoramus Domine, Alleluia, alleluia. Tuam Coronam. Tuum gloriosum recollimus triumphum. Alleluia, alleluia. Glória Patri. Tuam Coronam. **V.** Gloriâ & honore coronasti eum Domine, alleluia. **R.** Et constituisti eum super opera manuum tuarum, alleluia.

**Ad Sextam, Antiphona.** Et plectentes Coronam.

**Capitulum.** *Apoc. 6.*  
**V**eni, & vide: & ecce equus albus, & qui sedebat super illum habebat arcum, & data est ei corona, & exivit vincens ut vinceret.

**R.** Gloriâ & honore coronasti eum Domine, Alleluia, alleluia. Gloriâ & honore. **V.** Et constituisti eum super opera manuum tuarum. Alleluia, alleluia. Glória Patri. Gloriâ & honore. **V.** Eris Coróna glóriæ in manu Domini, alleluia. **R.** Et diadema regni in manu Dei tui, alleluia.

**Ad Nonam, Antiphona.** Et expuente in eum.

**Capitulum.** *Isaie 28. b.*

**I**n die illa erit Dominus exultatum corónæ glóriæ, & sertum exultationis residuo pópuli sui. **R.** Eris Coróna glóriæ in manu Domini, Alleluia, alleluia. Eris Coróna. **V.** Et diadema regni in manu Dei tui. Alleluia, alleluia. Glória Patri. Eris Coróna. **V.** Dominus regnavit, decorem induit,

alleluia. **R.** Induit Dominus fortitudinem, & præcinxit se virtute, alleluia.

In secundis Vesperis omnia ut in primis.

**Ad Magnificat, Antiphona.**  
O Coróna miranda dignitas! mortis penas debitas repellis: tu spes lapsis, firmas infirmis: tu restauras coronas perditas, alleluia, alleluia.

**Oratio.** Præsta, quæsumus, ut supra.

DIE XVI. MAII.

In Festo Sancti Joannis Nepomuceni Martyris.

Pro Regnis Bohemæ & Germaniæ. Duplex ij. classis.

Pro Statibus verò hereditariis Sacræ Cæsareæ Majestatis. Duplex. Omnia ut in proprio Festorum Hispanorum.

DIE IV. JUNII.

In Festo B. Francisci Caraccioli Confessoris.

Et Congregationis Cleric. Regular. Minorum Fundatoris pro Cleric. Regular. Minor.

Duplex secunda Classis. Pro aliis, de quibus in Brevis Beatificationis. Duplex minus.

Omnia de Communis Confessoris non Pontificis primo loco, præter sequentia.

**Oratio.**

**D**eus, qui beatum Franciscum novi Ordinis Institutorem orandi studio, & penitentiæ amore decorasti: da famulis tuis in ejus imitatione ita proficere; ut semper erigentes ad cælestem gloriâ pervenire mereantur. Per Dominum nostrum Jesum Christum, &c.

In primo Nocturno, Lectiones Justus si morte, ut in eodem Communis. Pro quibus autem fuerit tantum Duplex minus de Scriptura occurrente.

**In secundo Nocturno.**  
**Lectio vj.**

**F**ranciscus dicitur antea Ascanius, ex nobili familia Caracciolo in Oppido Sanctae Mariae de Villa in Aprutio ortus, à primis annis eximio contuit pietatis cultu. Adolescentis unice Deo familiari exoptans, dum è gravi morbo convaleuit, sacculo valedixit. Mox Neapolim profectus, Sacerdotio initiatus, sacroque adscriptus sodalizio, contemptationi, lucrandsque animabus se totum devovit, ac extremo supplicio damnatis hortatorem se praeiuit assiduum. Contigit autem, ut episcopolum alteri destinatum ei per errorem redderetur, quo à piissimis Viris Joanne Augustino Adorno, & Fabricio Caracciolo ad novi Religiosi Instituti fundationem vocabatur: rei novitate captus, & divinae voluntatis demiratus consilia, à lacri animo sese illis adjunxit. Conditis autem in Camaldulensium eremo, quo secesserant, novi Ordinis legibus, inde Romam simul profecti, confirmationem à Sixto Quinto impetrarunt; qui eosdem Clericos Regulares Minores appellari voluit, addito ad tria consueta altero de non ambiendis dignitatibus voto.

**H**onestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductoribus tutavit illum: Et dedit illi claritatem aeternam. **¶** Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et.

**Lectio vij.**

**S**olemni emissa professione, ob singularem ejus in Divum Franciscum Assinatum cultum, Franciscus nomen assumpsit. Adorno biennio post vita functo, ipse toti Religioni, quamquam inivitus, praeficitur: quo in mone re virtutum omnium praecleara praebuit exempla.

Instituti amplificandi studiosissimus, id assiduis orationibus, lacrymis, & jugi corporis maceratione, entia Deo postulabat. Quamobrem tertio in Hispaniam se contulit peregrini habitu inditus, victumque ostiatim mendicans. In itinere asperissima quaque perpessus, Omnipotentis auxilium mirum in modum expertus, navim, quam conscenderrat, ab imminente naufragio orationis prasidio servavit incolumem. Ut in Regnis illis voti compos fieret, plurimum laboravit, sed ejus sanctitatis fama praeuocente, amplissimaeque Catholicorum Regum Philippi Secundi, & Philippi Tertii munificentia, adversariorum conatibus singulari animi fortitudine superatis, plura sui Ordinis domicilia fundavit, quod pari eventu per Italiam praestitit.

**R.** Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam gloriae induit eum, & ad portas paradisi coronavit eum. **¶** Induit eum Dominus Ioricam fidei, & ornavit eum. Et ad.

**Lectio vj.**

**H**umilitate adeo excelluit, ut Romam veniens in pauperum hospitio receptus se leproso sociaverit, & Ecclesiasticas dignitates à Paulo Quinto sibi oblatas constantissime recusaverit. Illibatam perpetuo servavit virginitatem, effrontesque mulieres ejus castimoniae insidiantes Christo Iuificavit. Erga divinisimum Eucharistiae mysterium ardenti aestuans amore, noctes penè integras in ejus adoratione insomnes ducebat, quod pium exercitium, veluti sui Ordinis tesseram, in eo perpetuo servandum constituit. Deipare Virginis cultum impense fovit, in proximum eximie exarsit charitate. Prophetiae dono, & cordium scrutatione ditatus fuit. Quadragagesimum quartum aetatis suae annum

num agens, dum in Sacra Lauretana Aede in oratione persisteret, sibi vitae finem imminere agnovit; Aprutium statim deslexit, & in Oppido Agnoli apud alumnos Sancti Philippi Neri morbo correptus, Sacramentis Ecclesiae devotissime susceptis, pridie nonas Junii anni millissimi sexcentissimi octavi in pervigilio Festi Corporis Christi placidissime obdormivit in Domino. Sacrum ejus Corpus Neapolim delatum, in Ecclesia Sanctae Mariae Majoris, ubi prima sui Ordinis jecerat fundamenta, honorifice conditum fuit. Eum postea miraculis clarum Clemens Decimus

quartus Pontifex Maximus solenni ritu Beatorum albo adscripsit.

**R.** Iste homo perfecit omnia quae locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingrederi in requiem meam: Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus. **¶** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad caelestia regna. Quia te vidi. Gloria Patri. Quia.

**In tertio Nocturno, Homilia Sancti Gregorii Papae in Evangelium Sint lumbi vestri, ut in Communi Confes, non Fontis. lxxvij.**

*[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*